

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

66. An liceat exponere sacras Reliquis videndas, vel tangendas, ut magis eleemosyæ accrescant? Et cursim docetur absque simonia sacras Reliquias distrahi non posse pecuniis. Ex p. 10. t. 16. & Misc. ....
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

# De Eleemosyna. Ref. LXIV.&c. 311

non alien. Decius conf. 429. num. 18. tom. 4. Natta,  
conf. 549. num. 12. tom. 4. Rolandus à Valle, conf. 54.  
num. 2. & seq. lib. 1. Hencedeus, conf. 102. num. 71.  
vita. Menochius conf. 512. num. 12. Et ne deserteras,  
videre Mariam Antonium var. Resol. lib. 1. resol. 109.  
num. 37. vbi ex multis probat, quod dictio, *Multis  
venientia etiam in duobus ex ratione à me superius  
adducta, quod pluralis locutio duorum numero est  
compta.*

4. Ad secundum dabitum superius positum etiam  
affectioni respondet, & ita responderet dicitus Martini  
nus de San Ioseph loco circa, num. 4. sic assertens: [Pe-  
ro, si en el Testamento se mando dar cierta candi-  
didad de maranedis a vn pobre, sin señalarle; podria el  
Albacea, o heredero rapartila entre dos pobres, por  
leg. omnia ex familia. Sed si fundam ff. de Legaz. 2.  
donde claramente se decide, que si habeo potestatem  
a Testatore eligendi omnia ex familia, possum elegere duos.  
y por este texto dice Bartulo ibidem, que se puede ha-  
cer lo dicho; a quienes siguen los modernos, teste Se-  
gura: ibi, numero 156. Padilla ibidem, vers. Duos  
de familiaria. 4. & ibi Paulus de Castro, vers. Duos  
Santimmo, lib. 8. Selectar. supr. dicit. leg. cum quidam  
marzo 12. Anton. Gomez, leg. 48. Tauri, num. 48. y  
es comun: y añade Gomez, que el Comillatio, a que  
dieron commision para mejorar uno de los hijos, o des-  
cendentes, puede mejorar dos.] Ita ille. Notentur  
hac omnia, quia in Auctoribus non inveniuntur  
nullum obvia.

## RESOL. LXIV.

*An distributor eleemosina ex testamento possit partem si-  
bi applicare, si vere pauper est?*

Et notatur, quod si à Confessario imponatur in paenitentiam,  
vi quis aliquid in pauperes distribuit, non  
possit satisfacere subueniendo sibi, & si possit sub-  
ueniendo consanguineis. Ex parte 5. tractat. 8.  
Resol. 38.

1. Posse docet Sanchez in summa lib. 6. cap. 11.  
numero 55. nisi testator conscientius illius pau-  
peratus ipsum nominasset ad distribuendum ele-  
emosynam inter pauperes, & ideo affirmatiuam senten-  
tiam putat esse veram, quando vel paupertas execu-  
toris testamenti condito supereruerit, vel si tempore  
al testamento aderat, ignota erat testatoris. Ratio huius  
imitationis est, quia cum paupertas executoris erat  
cognita testatori, est satis verissimile fore, vt si testa-  
tor veller patrem eleemosyna applicari ipsi executori  
ullo distribuere, id applicaret. Ita Sanchez.

2. Sed hic e limitatio displicet, & merito, Ioanni  
Sanctio in Selecta disputatione, 14. num. 18. quia in tali casu  
testator potuit vel ob pudorem, vel ob oblivionem,  
partem eleemosynae supradicto executori non legare,  
qui cum expreso non sit exclusus, & alias pauper sit,  
nos ad eleemosinas habebit cum carceris pauperibus.  
Dicendum est igitur absoluē integrum esse executori  
testamento, cui imperatum esset summam aliquam  
inter pauperes distribuire, sibi si vere pauper sit, si  
alii pauperibus applicare, quicquid in contrarium  
affirat Sanchez, & ita nostram sententiam præter  
Sanctum, docet etiam Ledesma in summa tom. 2.  
tractat. 4. cap. 3. conclus. 15. vbi sic reddit rationem.  
Potius por encorendarle el repartir la limosna, no-  
es justo el excluirle della, si en realdad de verdad  
esta pobre, lo qual se entiende aunque el testador sa-  
piente que era pobre. Declararemos ma esto, el tal te-  
stador tan solamente pretendio hazer una obra de  
limosna, y esta obra de limosna se halla muy bien,  
aplicandole a si la limosna, pues es pobre, luego

cumplese muy bien con lo que mandó el testador.] Ita  
ille, & ego.

3. Notandum tamen est hic cum Castro Palao  
tom. 1. tract. 6. disput. 2. punct. 14. num. 10. & Suarez  
disput. 7. sect. 1. num. 9. quod si à Confessario imponatur  
in paenitentiam, vi quis aliquid in pauperes distri-  
buat non posse satisfacere subueniendo sibi, et si pos-  
sit satisfacere subueniendo consanguineis, quia talis  
sufficiencia sibi facta esset contra intentionem Confes-  
sarij, eo quod non sit penalitatis quae ad paenitentiam  
requiritur.

Step. hoc sup;  
in Ref. 43.  
cursum post  
med.

Pro his con-  
sanguineis  
in tom. 1. tr.  
6. Ref. 50. §.  
Tertio infer.  
tur. & in alio  
§. eius not

## RESOL. LXV.

*An qui habet licentiam petendi eleemosynam, per  
hoc ius alteri locare? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1.  
Resol. 41.*

§. 1. **A**ffirmatiuē respondet Henriquez in Sum-  
ma, lib. 7. c. 45. num. 5. vbi sic ait: Habens  
iustitiam licentiam, & ius vno anno petendi eleemo-  
synas per se vel per alios; si id ius locavit alteri, qui-  
dam cogunt id quasi turpe lucrum reddi pauperibus,  
aut componi pro ea re. Quæ sententia non est certa;  
quia expresso iure non prohibetur locare; nec sit  
inhibitus ut pretium locationis recipiat. Ita ille. Et  
post illum nouissime Martinus de San Ioseph. in  
monita Confess. tom. 1. lib. 2. de eleemosyna, tract. 8.  
numero 3. sic assertens: [Quando ay licencia para pedir  
limosna para el edificio de algun Conuento, o para  
otra obra pia, es lícito arendar a vn tercero el derecho  
y accion, que tenia el que fació la licencia para  
pedir: porque aquí no se vende cosa espiritual y  
así es lícito, que los Prelados de las Religiones,  
que tienen proprio, para animar a los Religiosos,  
a que pidan con diligencia las limosnas para la Com-  
unidad, y a que remedien las necesidades par-  
ticulares propias, se concierten con ellos, que  
traygan tanto al Conuento, y que lo demas que  
allegaren, sea para sus vlos lícitos: lo qual se prue-  
ba del Derecho argumen. leg. si tibi rem. 13. ff. de  
prescript. verb. Haec Martinus. Et hoc ultimum scio  
in Praxi exercuisse superiores cuiusdam Religio-  
nis: quod licet non damnum, non tamen approbo;  
quia præbetur subditis ansa potendi eleemosynas ni-  
mis importunæ.

## RESOL. LXVI.

*An licet exponere sacras Reliquias videndas, vel tan-  
gendas, vi magis eleemosyna acrefcent?*  
Et cursum docetur absque simonia sacras Reliquias di-  
strahit non posse pecuniis. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6.  
Resol. 73.

§. 1. **N**on desunt Doctores, qui censem, si ex præ-  
cipua intentione quæstus id facias, te mor-  
taliter peccare: sic Nauarrus c. 17. num. 169. vers. 62.  
Armilli verb. Reliquiae. 1. & Tabien. ibi: Philarch.  
c. 19. ad finem, Azorius. lib. 9. c. 8. quæst. 7. Graffis 2. p.  
decis. lib. 2. cap. 14. n. 17. Moutentur ex cap. fin de Reliq.  
& venerat. Sancti. vbi mandatur, ne Reliquias expo-  
niantur venales. Clarius Trident. seß. 25. cap. 2. vbi di-  
cit in Reliquiarum veneratione omnis turpis quæstus  
eliminetur. Ergo prohibet huiusmodi quæstum tan-  
quam turpem. Et hanc sententiam præter Doctores  
citatos tenet nouissime Pater Ferrandus in Disquis.  
Relig. L. 1. cap. 10. art. 2. vbi, me citato, sic assertit. Abs.  
Sup. hoc in  
que simonia SS. Reliquias distrahi pecuniis non tom. 5. tr. 1.  
posse docent vulgo Thilogi ad vnum omnes, nul-

Ref.77. Verum, post  
med.

lo enim pretio sunt estimabiles utpote suo modo  
spirituales (vt loquitur Suarez acute, & docte) quia  
patres sunt hominis sancti, qui fuit templum viuum  
Spiritus Sancti. At in hoc argumento pluribus tra-  
stanto sunt Theologi, & Iureconsulti doctissimi,  
quos, dum tibi per otium licebit, ac libebit, non  
erit infructuosum consulere, vnum tamen palceret hinc  
monere, videlicet, reliquias etiam aliquo modo duci  
vendi, vt ex Abate iam pridem obseruarunt lauda-  
ti scriptores, quando expoununt publice adoranda  
propter bonum quæstum, & vt inde copiosiores elec-  
mofyna colligantur portio, quam vt ad pietatem pop-  
ulus magis magisque accendatur, nam quando spe-  
ciatur lucrum, tanquam finis principalis, & pretium  
rei spiritualis, non velut stipendum laboris pro re-  
liquiarum exhibitione suscepit: vel tanquam elemo-  
fyna, sicut à fideliis oblationum in simonia crimen  
incurritur. Secus autem si alios sum, verbi gratia, ad  
Gloriam Dei, Sanctorum venerationem, Christiana  
plebis solatorem; deinde ad aliquam corporis susten-  
tationem ea SS. Reliquiarum exhibiti referuntur. Hinc  
tamen aui nostri Apostatae (Huguenotos intelligo  
Ecclesiæ desertores) hinc per fas, hinc per nefas sum-  
pliciter occasionem venerabilium reliquiarum cultum  
Vigilantij animo, ac stylo traducendi. In quibus non  
ultimo fuit excucullatus Lutherus, cuius haec  
puta, putaque mendacia, & meret nungae sunt. Uni-  
decima Anti-Christi facies est, reliquiarum venera-  
tio: bellua planæ, & luci feracissima facies. Hucusque  
Ferrand.

2. At Ego puto magis probabiliter in tali ostensi-  
one reliquiarum grauem culpam non committi, ra-  
tio est, quia ostensione reliquiarum solum intendis  
excitate videntes ad elemofynas largiores concedendas

non tamē illos ad eas obligare. Ergo reliquias non  
venaliter ostendis; quia ad venalem ostensionem  
incedere debebat mutua ostendens, & viuentem  
obligatio; At in supradictis textibus solum venalis  
quæstus prohibetur. Ergo illa ostensio, quæ venalis  
non est, non est prohibita. Dices in Trident. non so-  
lum venalem quæstum, sed quemlibet turpem prohibi-  
beriat velle ostensione Reliquiarum largiores elemo-  
fynas recipere, est turpis quæstus. ergo hic prohibetur.  
Respondeo in te non esse turpem quæstum, cum mul-  
la largienti elemosynam obligatio imponatur; sed fe-  
ri turpem ex intentione: Concilium autem prohibet  
quæstum in se turpem, qualis erat venalis, non illum  
qui solum ex antecedenti, & extrinsecis sit turpis. Quid  
inde confortat; quia Concilium non intendit nouam  
prohibitionem inducere, sed antiquam renovare. In-  
quit enim: Omnis turpis quæstus eliminetur; id est om-  
nis, qui in se turpis sit, & prohibetur, eliminetur.  
Antiquus autem solum venalis quæstus prohibitus  
erat, ex dicto cap. fin. Ergo à Tridentino hic est so-  
lum prohibitus. Adde, solum esse prohibit turpem  
quæstum, qui grauiter turpis sit; at acquirere elemo-  
fynas gratis oblatas media Reliquiarum ostensi-  
onis non est quæstus turpis (attem grauiter: quia non  
videtur grauiter offendit Religio, ex eo quod ostensi-  
one Reliquiarum temporale lucrum conseqüi intendas.  
Sat est si leuiter offendit, si talis temporalis ac-  
quisitio non esset per ostensionem Reliquiarum prin-  
cipaliter intenta, sed secundariò, nulla ibi aduersa tur-  
pitudo. Et ita nostram sententiam tenet Sanchez in  
Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 43. n. 21. & post illum Ca-  
stros Palauis tom. 2. tract. 8. disp. i. punct. 17. quibus ad-  
de etiam P. Baldellum in Theol. mor. tom. 1. lib. 3. disp. 7.  
num. 22.



## TRACTATVS OCTAVVS DE CONSECRATIONE EPISCOPORVM.

### RESOLVTIO PRIMA.

*An consecratio Episcoporum sit Ordo?*  
*Et opinio negativa assertur. Ex p. 12. tract. 1. Res. 1.*

§. 1. **M**ATERIA huius Tractatus non  
solum Romæ, sed etiam vbiq; terrarum est satis practicabilis; ideo visum  
est ad communem utilitatē, particu-  
larem de illa tractatum perficere, & varias difficulta-  
tes circa illam hinc inde apud Anteores dispersas, si-  
mul magis latè, & clarè, non sine magno labore, in

Sup. hoc vnu disponere, & ideo ad dubium propositum ne-  
gatiuè respondent aliqui, vt D. Thomas in 4. dist. 24.  
dubio in ro. 9. 1. art. 1. quæst. 2. cui addé D. Antonium 3. par. tit. 4.  
5. tr. 3. Res. 2. à lia. 1 & cap. 6. S. Bonaventura in 3. distin. 24. 2. part. tit. 2.  
hic inf. in quæst. 3. Capreol. ibid. distin. 25. q. 1. art. 1. ibid. De  
duabus Res. 2. dist. 23. quæst. 2. & Ricardum ibid. art. 3. quæst. 3.  
ad prim. & art. 3. quæst. 2. Bartholomæum Ledesma de  
seqq.

*Sacramento Ordinis*, dub. 5. 8. 9. & 10. & in dub. 5.  
Sunt etiam eiusdem opinionis nonnulli Canonici:  
Panormitanus e p. ex literis de excessibus Pratoc-  
rum, Turrecremata in cap. Cleros distin. 21. num. 6.  
& 17. Couartuñas lib. 1. varian. resolut. cap. 1. num. 5.  
& è Summis Sylvestri in verbo Ordo 1. q. 1. dub. 3.  
apud Rosell. Ordo 1. num. 4. Tabiena ver. Episcopi  
quæst. 8. punct. 2. num. 3. ad finem. Idem de cœl. Sotius 4.  
distin. 24. quæst. 2. art. 2. Nugus in 3. part. tom. 1.  
quæst. 80. art. 5. Candidus tom. 4. disputatione 4. ar-  
tic. 1. dubio 2. & alijs absentes Episcopatum, prout fu-  
peradditum Sacerdotio, est Ordinem.

2. Probat hæc opinio. Primo, quia Episcopatus  
prout à simplici Sacerdotio distinetur, non est potest  
ad consecrandum, neque administrandum Sacerdoti  
conferantur. Secundo, quia alijs est octo Ordines  
Ecclesiastici. Tertiò, quia alijs Episcopatus, ut disti-  
nctus à Sacerdotio, imprimeret peculiari charactere  
Quarto quia vnu Ordo non dependet ab alio, quan-  
tum ad necessitatem Sacramenti, ita quod non est ne-  
cessarium.